

1. Cor. 8. **A** nesciat superbos inflatos dici, tanq̄ vento distentos? Vnde est etiā illud Apli, Scientia inflat, charitas vero ædificat. Quapropter recte hic intelligitur pauperes spiritu, humiles & timētes deum, id est nō habentes inflatē spiritū. Nec aliunde oīno incipere oportuit beatitudinē. Siquidē peritūra est ad summam sapientiā. Initiū autē sapientiæ timor dñi. Quoniā & e contrario, Initiū omnis peccati superbia scribitur. Superbi autē appetūt & diligit regna terrarū. Beati autem pauperes spiritu, quoniā ipsorū est regnū cœlorum. Beati mites, quoniā ipsi hereditate possidebūt terram. Illam credo terrā, de qua in Psalmo dicitur, **Psal. 141.** Spes mea es tu, portio mea in terra uiuentiū. Significat enim quandā soliditatem & stabilitatē hereditatis perpetuæ, ubi anima per bonum affectum, tanq̄ loco suo requiescit, sicut corpus in terra: & inde cibo suo alitur, sicut corpus ex terra: ipsa est requies & uita sanctorū. Mites autem sunt qui cedit improbitatibus & non resistūt malo, sed uincunt in bono malū. Rixentur ergo immites & dimicent pro terrenis & temporalibus reb⁹. Beati autē mites, quoniā ipsi hereditate possidebunt terrā, de qua pelli non possunt.

B Beati lugentes, quoniā ipsi consolabūtur. Luctus est tristitia de amissione charorū: cōuersi autē ad deum, ea quæ in hoc mundo chara amplectebātur amittūt. Non enim gaudēt his reb⁹, quib⁹ ante gaudebant: & donec fiat in illis amor æternorū, nonnulla mœstitia fauciantur. Consolabuntur ergo spiritus sancto, qui maxime ppter ea paraclētus nominatur: id est, consolator, ut tēporalia amittētēs æterna lætitia perfruantur. Beati q̄ esuriunt & sitiūt iustitiā, quoniā ipsi saturabuntur. Iam istos amatores dicit veri & inconcussi boni. Illo ergo cibo saturabūtur, de quo ipse dñs dicit, **Ioan. 4.** Meus cibus est ut faciā uoluntatē patris mei: qđ est iustitia: & illa aqua de qua q̄sq̄s biberit, in idē dicit, fiet in eo fons aquæ salientis in uitā æternam. Beati misericordes, quoniā ipsorū miserebitur deus. Beatos esse dicit q̄ subueniunt miseris, qđ eis ita repēditur, ut de miseria liberētur. Beati mundicordes, quoniā ipsi deum uidebunt. Quām ergo stulti sunt qđ deum istis exterioribus oculis quærūt cum corde uideatur, sicut alibi scriptū est, Et in simplicitate cordis quærite illū. Hoc est em̄ mundū cor, qđ est simplex cor: & quem admodū lumen hoc uideri nō potest nisi oculis mundis, ita nec deus uidetur nisi mundū sit illud quo uideri potest. Beati pacifici, qm̄ ipsi filij dei uocabūtur. In pace perfectio est ubi nihil repugnat, & ideo filij dei pacifici, quoniā nihil in his resistit deo, & utiq̄ filij similitudinē patris habere debent. Pacifici autē in semetipsis sunt, qui oēs animi sui motus cōponentes & subijcientēs rationi: id est, menti & spiritui, carnalēq̄ concupiscentias habētēs edomitas, sunt regnum dei. In quo ita sunt ordinata oīa, ut id qđ est in homine præcipuū & excellens, hoc imperet rationis non reluctantibus, quæ sunt nobis bestijq̄ cōmūna. Atq̄ id ipsum quod excellit in homine: id est, mens & ratio, subijciatur potiori, qđ est ipsa ueritas unigenit⁹ filius dei. Neq̄ enim imperare inferioribus potest nisi superiori seipse subijciat. Et hæc est pax quæ datur in terra hominibus bonæ uoluntatis, hæc uita cōsummati perfectiq̄ sapientis. De huiusmodi regno pacatissimo & ordinatissimo missus est foras princeps hui⁹ seculi, qui peruersis inordinatq̄ dominatur. Hac pace intrinsecus cōstituta atq̄ firmata, quascūq̄ persecutio nes ille qui foras missus est, forinsecus cōcitant, auget gloria quæ secundū deum est. Non aliquid in illo ædificet labefactas, sed deficientibus machinis suis innotescere faciens quanta firmitas intus extructa sit. Ideo sequitur, Beati qui perfectionē patiūtur ppter iustitiā, quoniā ipsorum est regnū cœlorum. Sunt autem omnes istæ octo sententiæ. Iam enim cætera compellans loquitur ad illos qui aderant dicēs, Beati

eritis cum uobis maledicent & persequētur uos. **Su. D** periores autem sententiās generaliter digesserat. Non enim dixit, beati pauperes spiritu, quoniā uestrum est regnum cœlorū: sed, quoniā ipsorū est, inq̄t, regnum cœlorum. Neq̄ beati mites, quoniā uos possidebitis terram: sed, quoniā ipsi possidebunt terrā. Et ita cæteras usq̄ ad octauā sententiā, ubi ait, Beati qui perfectionem patiuntur propter iustitiā, quoniā ipsorum est regnum cœlorū. Inde iam incipit loqui præsentēs compellans, cum & illa quæ supra dicta sunt ad eos etiam pertinerent qui præsentēs audiebant: & hæc postea quæ uidentur præsentibus specialiter dici, pertineant etiā ad illos qui absentes uel post futuri erāt. Quapropter iste sententiarum numerus diligenter considerandus est. Incipit enim beatitudo ab humilitate, Beati pauperes spiritu: id est, non inflati, dum se diuinæ authoritati subdit anima, timens post hanc uitam ne pergat ad pœnas, etiam si forte in hac uita beata sibi esse uideatur. Inde uenit ad diuinarum scripturarum cognitionē, ubi oportet eam se mitem præbere pietate, ne id quod imperitis uidetur absurdum, uituperare audeat, & pernicacibus concertationibus efficiatur indocilis. Inde iam incipit scire, quibus **E** no-dis seculi huius per carnalem consuetudinem ac peccata teneatur. Itaque hoc tertio gradu, in quo scientia est, iugetur amissio summi boni, quia inhæretur extremis. In quarto autem gradu labor est, ubi uehementer incumbitur, ut sese animus auellat ab eis quibus pestifera dulcedine innexus est. Hic ergo esuriunt & sitiunt iustitiā, & multum necessaria est fortitudo, quia nō relinquitur sine dolore quod cum delectatione retinetur. Quinto autem gradu perseverantib⁹ in labore datur euadendi cōsilium, quia nisi quicq̄ adiuuetur a superiore, nullo modo sibi est idoneus, ut sese tantis miseriarum implicamentis expediat. Est autem iustum cōsilium, ut quis a potentiore adiuuari uult, adiuuet & infirmiore in quo est ipse potentior. Itaque beati misericordes, quia ipsorum miserebitur deus. Sexto gradu est cordis munditia de bona conscientia bonorum operum, ualens ad contemplādum summum illud bonum quod solo puro & sereno intellectu cerni potest. Postremo est septima ipsa sapientia: id est, contemplatio ueritatis, pacificas totum hominem & suscipiens similitudinē dei, quæ ita concluditur, Beati pacifici, quoniā ipsi filij dei uocabuntur. Octaua tanquam ad caput redit, quia consummatum perfectumq̄ ostendit & probat. Itaque in prima & in octaua nominatum est regnum cœlorum. **F** Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum cœlorum. Et beati qui perfectionem patiuntur propter iustitiā, quoniā ipsorum est regnum cœlorum. Cum iam dicitur, **Roma. 8.** Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Septem sunt ergo quæ perficiunt, nam octaua clarificat, & quod perfectum est demonstrat, ut per hos gradus perficiantur & cæteri tanquam a capite rursum exordians. Videtur ergo mihi etiam septiformis operatio spiritus sancti, de qua **Esai. 11.** his gradibus sententijsq̄ congruere. Sed interest ordinis, Nam ibi enumeratio ab excellentioribus cœpit, hic uero ab inferioribus. Ibi nanque incipit a sapientia dei, & desinit ad timorem dei, sed initium sapientiæ timor domini est. Quapropter si gradatim tanquam ascendentes numeremus, primus ibi est timor dei, secunda pietas, tertia scientia, quarta fortitudo, quintum cōsilium, sextus intellectus, septima sapientia. Timor dei congruit humilibus, de quibus hic dicitur, Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum cœlorum: id est, non inflati, non superbi, de quibus **Rom. 11.** Apostolus dicit, Noli altum sapere, sed time: id est, noli extolli. Pietas congruit mitibus, **Qui**